4

Breve pontificio di papa Giovanni Paolo II di nomina a pro-Nunzio Apostolico in Gran Bretagna, 21 gennaio 1986.



IOANNES PAVLVS PP. II

Venerabilis Frater,
salutem et Apostolicam Benedictionem

Pro certo habentes Nostrum praesertim esse commune religionis et civitatis bonum in universo orbe terrarum exquirere, fovere et opportune tueri, huc illuc Legatos quoque Nostros mittimus, qui auctoritate quidem Nostra suaque opera alius alia in Natione publicas necessitudinis rationes eidem cum Apostolica Sede intercedentes servare ac prosperare nitantur. Quapropter, cum in praesenti ecclesiasticus Vir sit eligendus, qui Magna in Britannia personam Nostram gerat, Te, venerabilis Frater Apostolicum electum Pro-Nuntium ad eiusdem Magnae Britanniae Regnum Unitum destinamus in eoque hisce ipsis Litteris Nostris constituimus; necessariis et opportunis factis facultatibus eiusmodi muneris propriis suetoque in libello descriptis ac definitis. Earum tamen in usu maximam Tibi prudentiam suadentes, Te rogamus ut ancipiti in sententia celeriter rectaque via ad hanc provoces Sanctam Sedem. Contrariis quibuslibet haud obstantibus. Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die XXI mensis Ianuarii, anno MCMLXXXVI, Pontificatus Nostri octavo.

A. Card. Casaroli

Venerabili Fratri
Aloisio Barbarito
Archiepiscopo tit. Florentino

BIBLIOTECA
STATALE DI
MONTEVERGINE